

Bolla di Innocenzo IV

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Bolla di Innocenzo IV

1254-10-07

Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei. Dilecto filio nobile viro Iordano Ruffo de Calabria fideli nostro, salutem et Apostolicam benedictionem. Matris ecclesiae multa benignitas illum circum filios servat, pietatis, affectum ut ex iis qui cum devotione congrua [tenerentur] ut matrem beneficia grandia largiatur, et alios etiam qui post in devotione et in obedientiam ad ipsius beneplacitum redeunt et mandatum a sua gratia non repellat.

Illis quidem beneficentiae dexteram libenter ostendens, et ab istis manum misericordiae non avertens. Illos benevolentiae sinu sedulo confavins, et istos pie ad gremium propitiationis subera iis propinatus quia igitur ipsius Ecclesie brachiis totaliter commisisti, eam Matrem et Dominam recognoscens, tua firmata salubriter et ipsius mandata et obsequia voluntate. Nos de hoc multo concepto gaudio recipientes te in nostra, et Apostolice Sedis gratiam, tibi omnes iniurias, et offensas quas nobis, et eidem Sedi, ac Ecclesie intulisti totaliter remittentes. Personam tuam et dilectam nobis Filiam nobilem mulierem uxorem tuam, ac omnes tuos consanguineos et affines, cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis. Prestante Domino, poteritis adipisci, sub nostra, et eiusdem Sedis protectionem suscipimus, et presentis scriptis patrocinis communimus. Districtius inhibente ne quovis persona ecclesiastica, vel secularis, vobis in personis vel rebus iniuriam, molestiam vel gravamen inferre presumat. Et quia Regnum Sicilie cum omnibus districtibus, et pertinentiis suis ad praedictam Sedem plenarie pertinet, et est ad eius dominium totaliter devolutum. Nos volumus te in illo multipliciter

honorare tuis supplicationibus inclinati. Concessionem et donationem tam de Castro Mainardi, casalibus Mitini et Capsigorii, terris cultis et incultis, villanis in tenementis Mesiani, Briatici, Nicotere, Tropee, et Burrelli, et Sancti Georgi, quam de baronia quam quondam Alexander Pissonus habuit in Cutrono, et eius territorio, a quondam Federico olim Romanorum Imperatore, ac rege Sicilie, et Conrado nato ipsius, tibi factas ratas et firmas illas. Non obstantibus quacumque privationis vel depositionis sententia in prefatum Federicum, auctoritate Apostolica promulgata, vel quod predicti Federicum, et Conradus erant, tunc temporis, vinculo excommunicationis astricti, et quod alias facultatem donandi, vel concedendi, totaliter non habebant, de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica confirmandas duximus et huius scripti praesidio muniendas. Ac insuper ut erga nos, et predictam Sedem, tua devotio magis crescat Castrum, Casalia, Terras, Villanos, et Baroniam predictam tam ab eisdem Federico, et Conrado concessa, et si qua etiam desunt ad eiusdem Castrum, Casalia et Baroniam de iure spectantia de novo nec non et Castrum Mesiani, tibi et heredibus tuis in perpetuum de fratrum concordiam consilio, in feudum conferimus de gratia speciali. Itaque Castra, Casalia, Terras, Villanos et Baroniam predictam de quibus nobilium virum Fulconem fratrem tuum, tuo nomine investimus, cum Terris cultis et incultis, Hominibus infeudatis et non infeudatis, Silvis, Aquis, Aquarumque decursibus et Pascuis cum honoribus, dignitatibus et cum iis quae ad merum et mixtum imperium pertinent cum iuribus, iurisdictionibus, et aliis pertinentiis eorundem. Tu, et iisdem Heredes immediate a Romana Ecclesia nullum praeter ipsam exinde recognoscentes

superiorem vel Dominum teneatis. Volumus autem ut quotienscumque ipsa Ecclesia, pro defensione Regni, per generalem exercitum congregaverit vel indixerit. Tu dicteque Heredes teneamini pro predictis duos milites equis et omnis bene munitos ad serviendum per quatráginta die in vestris sumptibus eidem Ecclesie infra Calabrie et Sicilie confinia exhibere. Nos quoque ac ipsa ecclesia te, ac ipsos Heredes in predictorum Castrorum, Casalium, Terrarum, Villanorum, et Baronie, possessiones manutenebimus, et contra omnes qui vos molestaverint, impedierint, vel turbaverint super illis defensione vobis assistere curabimus opportuna. Et si aliquem ius in eis vel ipsorum aliquo habere constiterit de condigno illi concambio in eodem Regno studebimus providere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae praetensionis, inhibitionis, confirmationis et collationis infringere, vel ei a usu temerario contractare, si quis autem hoc attentare praesumpserit indignatione Omnipotentis Dei et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum, eius se noverint inversurum.

† Ego Innocentius Catholice Sedis Episcopus. † Ego Rainaldus Hostiensis et Vellethrenses Episcopus. † Ego Stephanus Praenestinus Episcopus. † Ego fratres IoannesIoannes titulum Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis. † Ego Riccardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis. † Ego Ottavianus Sanctae Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis. † Ego Ioannes Sancti Nicolai in Carcere Tulliani Diaconus Cardinalis. † Ego Octobonus Sancti Arriani Diaconus Cardinalis. Datum Anagnie per manum Guglielmi Magistri Scholarum parmensis Sancte Romane Ecclesie

Vicecancellarium. Nonis octobris, inditiones octava,
Incarnationis Dominice, anno millesimo ducentesimo
quingentesimo quarto, Pontificatus vero Domini
Innocentii Pape anno duodecimo. Rotas